



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXV. Memoria. confer Reminiscentia. Gratitude.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

de delict. cap. 23. Tiraq. de nobilit. c. 31. num. 559. cum seqq. Simanch. de Carbol. institut. cap. 18. à num. 21. Clar. in pract. lib. 5. §. fin. quest. 68. num. 37. Covar. lib. 1. cap. 2. à num. 8. lib. 2. cap. 1. num. 11. col. ult. Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 3. num. 13. cum seqq. Anton. Scap. de jur. non scripto, lib. 5. cap. 189. Petr. à Nayarra tom. 1. de institut. lib. 2. cap. 3. à num. 14. Roland. conf. 20. per totum vol. 3. Petr. Royz. Lituan. decis. 1. n. 14. cum seqq. Menoch. de arbitrar. casu 284. Molin. de Just. tom. 4. tractat. 3. disput. 1. Leon. Less. in simili tract. lib. 2. c. 9. à num. 98. cum seqq.

HINC etiam infertur, clericum qui se ipsum injuriose percutit, scilicet irato animo vel vitæ radio, vel ex alia irrationabili causa, excommunicationem incurrere, ut resolvunt Felin. in cap. contingit. il. 1. num. 1. vers. Et per hoc, de sentent. excomm. Carrer. in praxi, tit. de homicid. §. octavo quero. Navar. in Man. cap. 27. num. 88. in fine. Mantu. sing. 1. num. Clar. §. fin. quest. 77. num. 3. Menoch. de arbitrar. casu 284. num. 37. Gutier. de juram. confirmat. p. 1. cap. 16. num. 54. Cened. ad Decretum collect. 24. num. 13. Soar. tom. 8. de censur. disp. 22. sect. 1. à num. 57. Sayr. in simili tract. lib. 3. cap. 26. num. 20.

DENIQUE hinc colliges, non posse clericum consentire, ut aliquis eum percutiat, quin excommunicationem *can. si quis suadente* 29. 17. quest. 4. incurrat, ut Doctores communiter deducunt ex d. cap. contingit. & explicant Mantu. Dialog. 35. Jacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 49. n. 6. Gutier. d. c. 16. à n. 53. Soar. ad sect. 1. à n. 57. Sayr. d. c. 26. n. 18.

VERUM contra hanc resolutionem, non leviter obstat, quod ille *can. si quis suadente* 29. 17. quest. 8. expressè requirit, ut excommunicatio ipso jure incurratur, quod injectio manuum ipso jure sit violenta, ut patet ex verbis ipsius *can. & melius ex cap. 1. de sentent. excomm.* ibi, *non potest in ipsis injectio manuum violenta notari*, quæ particula non convenit percutienti clericum volentem & consentientem, juxta *reg. scienti* 27. de Reg. Jur. lib. 6. cum similibus, & fatetur ipse Pontifex in d. cap. contingit 36. ibi: *hujusmodi manuum injectio etiam si non violenta, de sent. excomm. &c.* & magis in decisione, quæ habetur in *vers. idem*, quatenus solum prohibet, ne de cætero illud fiat, ut clerici se percutiendos laicis subiciant; minime autem percutientibus volentem clericum excommunicatio præscribitur; sed clericos sic se percussioni subicien-

tes post tempora illius text. excommunicandos esse constituit. Atque ita ex iis fundamentis non defuerunt, qui disputando contra communem sententiam tenuerint, negantes percutientes clericum volentem excommunicationem illam incurrere, de qua in d. *can. si quis suadente*, quod alii probabile censent ante, d. cap. contingit, non ita post illud, quia putant ibi expresse probari, istos eam excommunicationem incurrere, de qua in d. *can. si quis suadente*.

Ego igitur, licet raro & difficulter a receptis sententiis receptis consueverim, nunquam tamen supra dicta communi potui acquiescere, sed semper constanter existimavi, & existimo, neque ante, nec post, d. cap. contingit, probari Juri nostro, quod percutiens clericum volentem excommunicationem illam ipso jure incurrat, ut latius, & majori cum commoditate alibi ostendam. Quæ quidem sententia retenta facile etiam erit defendere resolutionem contra communem, de qua supra num. 3. quod clericus se ipsum percutiens excommunicationem illam non incurrat, etiam si injuriose fiat, vel illicitè, ut tenuit Fab. quem refert & sequitur Mantu. dialog. 125. vers. *si se ipsum vulneraret*. Erratione illa confirmatur, quia ad excommunicationem illam incurrendam requirit canon distinctionem personarum inter ipsum percussorem, & percutientem, quod generaliter in omnibus moralibus actionibus pro regula constitutum est, in cap. ult. de Instit. & in cap. debitum 4. de baptismo. cum similibus.

II.

MEMBRA à capite recedere non debent. cap. cum non liceat. 12. de prescript. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 1. n. 17. Nicolaus Losæus de jur. univers. p. 3. c. 11. n. 7. [sed corpus & caput sequuntur. l. 1. §. 1. vers. quo quis. ff. de crim. les. Maj. Boeckel. de publ. judic. disquis. 4. n. 7.]

CAP. XXV.

Memoria. confer Reminiscencia. Gratitude.

Axioma I.

Memoria est labilis. l. peregrè 44. in pr. ff. de acquir. poss. l. 2. §. si quid autem 13. C. de vet. jur. enuel. Schneidewin. de feud. in proem. num. 3. in omnibus enim irreprehensibilem seu inemendabilem existere, utique solius divinæ non autem mortalis est constantiæ seu roboris. §. si quid autem 13. de confirmat. ff. quæ non nisi per scripturam

pturam perpetuari potest. Bald. in l. jubemus. §. sed ne aliqua. C. de testam. add. Gail. 1. obs. 104. num. 2. Costal. in parg. adversarior. num. 21. Hieron. Magon. decis. 39. num. 7. Viv. decis. 64. num. 14. Burlat. conf. 273. num. 2. vol. 4. Zaf. conf. 3. lib. 2. num. 45. maxime in rebus alienis, Cornel. conf. 36. vol. 1. Huc refer exempla allata à M. Mantuano in dialog. denar. clas. 11. c. 35. n. 2. Si quidem videmus memoriam, sicuti hominem, crescere & decrescere, oriri & mori, l. quidam tabularum 32. §. 1. vers. quid ergo. ff. de furt. l. 2. §. penult. de aqua plu. arc. Nat. conf. 47. n. 30. & conf. 112. vol. 3. Unde cum ea natura beneficio constet, arte augeri & excoli debet post Sabell. Zyvinger in Theatr. c. 1. lib. 5. pag. 34. verb. usus aliquis vid. hac de re Plutarchum in Caton. Minor. ubi ait: Πέποιε τὴν μὲν εὐφροσύνην ἀναμνησκόμενος καὶ ἄλλοις εἰς αἰὲν ὑπομνήσκων, τὴν δὲ τῆς μετὰ τὸν καὶ ἀποφύλακτος ἀποφύλακτος. Natura comparatū est, ut memoria minus valeant sagaces; valeant autē qui cū labore & sudore arripuerunt. Memoriam enim retineri ejus rei beneficio, ad quam sæpè respicimus, & minui nisi exerceatur, post Ciceron. de senect. Petrarch. de remed. advers. fore. trad. Viv. decis. 64. num. 18. & post hunc Ruland. de Commislat. lib. 1. cap. 9. num. 8 & 9. adde & Senec. in proem. controvers. Quintil. l. 11. cap. 2. Unde etiam legumlatores de memoriæ labilitate conqueruntur, ut in can. nostrates. 3. vers. hæc sunt præter alia, ibi: alia ad memoriam non occurrunt. caus. 30. q. 5.

II.

De quo nulla extat memoria, illud nescitur. l. si arbitet. 28. ff. de probat. Wesenb. lib. 1. conf. 4. num. 104.

III.

Memoriæ ea melius mandantur, quæ ultimo audiuntur, c. liquido 54. de consec. distict. 2. Lud. Gomez. ad §. superest Inst. de act. n. 14.

CAP. XXVI. Mendacium, inficiatio, reticentia.

Axioma I.

Mendacium fit in personam, non in rem, Cujac. in Paul. lib. 18. ad edit. per l. electio 26. §. neque §. de noxal. att. pag. 250. A.

II.

Mendax precator carere debet impetratis. l. etsi §. C. si contr. jus vel util. publ. c. sedes 13. de rescript. Gail. 1. obs. 2. vid. infra lib. 14. c. Preces. ax. 1. mendacium enim nemini debet prodelle sed puniri. Perez. C. de incol. n. 30.

III.

Mendacium aliquando corrigit poenitentia vel iustus error. l. de etate 1. §. pen. & ult. de interrog. in jur. fac. l. is qui se oblitus. 25. ff. de rei vind. intellige scil. re adhuc integra. Cujac. in d. loc. Pauli ad l. 26. §. 5. de noxal. att.

IV.

Mendacium nemini nocens non est punibile. Bald. in l. fin. per illum text. ff. quod cum fals. tutor. quia ut inquit Salicet. in Auth. contra qui

propriam. col. 3. in prim. C. de non num. pec. mendacium quod alteri non nocet censetur nugatorium, l. fundum ejus. §. ult. de Evict. Gædd. 4. confil. 49. n. 48. quem refert & sequitur Ludov. Gomez ad §. in personam Inst. de action. num. 17. poenaq; mendacii nulla est, ubi nullum damnum est. l. damus. C. de fals. Cravett. confil. 366. n. 36. add. omnino Natten. 3. confil. 588. n. 9. & 13. Mendacium enim licet in se turpe & Deo & hominibus invilum, in ipso tamen sapiente propter utilitatem aliorum, aut bonum commune laudatur, Plato in dialog. de justo Herodian. lib. 3. Bordin. in method. cap. 4. & lib. 1. de Magia Diem. cap. 1. Pontan. 4. de obed. cap. 12. Setzer. dist. Justin. 21. corol. 1. Hinc in necessitate & ex causa licere mendacium dicere, cum aliquis juvatur, nec quicquam cuique nocetur, neque inde ullum delictum inducitur, latissime disputavit Alber. Gent. in lib. de abus. mendac. quem sequitur & Umm. dist. ad process. jud. 2. thes. 8. num. 42. Unde mentiri licere in judicio pro jure suo conservando, inquit Angelus, per illum text. in l. si quis de libertate 12. ff. de injur. per l. at qui natura 19. §. cum me absente 3. cum gl. ff. de neg. gest. quamvis quando quis mentitur non pro jure suo conservando, sed pro alieno auferendo, secus dicendum foret. Lud. Gomez. ad §. sed iste Inst. de action. 33. ubi quibus casibus liceat mentiri & in quibus casibus non, allegat text. in c. primum 22. q. 2. Licet enim vita hominis nulla fallacia defendenda, nec mendacium dicendum, quamvis ex eo posset quis à morte liberari, quoniam os quod mentitur occidit animam, cap. omne genus 16. cum seq. 22. q. 2. Joh. de Imol. in cap. ex renore in 2. notab. X. de resib. & ibi Felin. adeo ut nec pro salute aut defensione hominis mentiri licitum sit, gl. in cap. nullus unquam in verb. ad minuendum 4. quest. 4. attamen quando hæc duo potissimum concurrerent, scil. foret iustam causam & uteretur malitiis & cavillationibus sine mendacio, arg. eorum quæ profert gl. in cap. cupientes, in verbo malignantium. de Elect. in 6. ubi dicit, quod potest quis fallaciis uti contra fallacias & malitias adversarii, cum non videatur fraudem facere, qui fraudem excludit, & in cap. Dominus noster 2. 23. q. 2. non peccaret: quod in foro contentioso Pacian. quidem admittit, in foro tamen animæ periculofum esse, cum malitiam in se contineat, maxime quando iuramentum intervenisset, concludit lib. 1. de prob. c. 21. n. 3. cum seqq.

V.

Mendax in dolo esse præsumitur, l. & eleganter 7. §. fin. cum l. seq. de dolo. l. falsus 43. §. 5. ff. de furt. si mendacium in suum commodum redundet, gloss. in l. item si pretio. §. fin. ff. locat. Alex. in l. dolum. C. eod. Bart. Socin. conf. 159. col. 4. vers. secundo principalter. Barbat. conf. 56. n. 4. vol. 2. Wurmbler. 1. obs. tit. 51. observ. 10. Carp. 209. p. 3. confil. 50. defin. 9. num. 5. Ruin. confil. 73. num. 1. vol. 2. & confil. 29. num. 6. vol. 1. Harprecht. ad §. 4. Inst. de locat. num. 47. Hartman. Pistor. 1. quest. 29. num. 4. Semper enim in mendacio alio non docto dolus inest. l. si quis affirmaverit 9. ff. de dolo. Roman. conf. 8. num. 2. Ruin. conf. 29. num. 6. lib. 1. & conf. 2. n. 13. & confil.